

2013

**Vetera analecta, sive collectio veterum aliquot opera & opusculorum omnis generis, carminum, epistolarum, diplomaton, epitaphiorum, & cum itinere germanico, adaptationibus & aliquot disquisitionibus R.P.D. Joannis Mabillon, Presbiteri ac Monachi Ord. Sancti Benedicti e Congregatione S. Mauri. Nova Editio cui accessere Mabilloni vita & aliquot opuscula, scilicet Dissertatio de Pane Eucharistico, Azymo et Fermentatio ad Eminentiss. Cardinalem Bona. Subiungitur opusculum Eldefonsi Hispaniensis Episcopi de eodem argumentum. Et Eusebii Romani ad Theophilum Gallum epistola, De cultu sanctorum ignotorum, Parisiis, apud Levesque, ad Pontem S. Michaelis, MDCCXXI, cum privilegio Regis**

Follow this and additional works at: <https://digital.kenyon.edu/perejournal>

 Part of the Ancient, Medieval, Renaissance and Baroque Art and Architecture Commons

### Recommended Citation

Reynolds, Roger E. "Vetera analecta, sive collectio veterum aliquot opera & opusculorum omnis generis, carminum, epistolarum, diplomaton, epitaphiorum, & cum itinere germanico, adaptationibus & aliquot disquisitionibus R.P.D. Joannis Mabillon, Presbiteri ac Monachi Ord. Sancti Benedicti e Congregatione S. Mauri. Nova Editio cui accessere Mabilloni vita & aliquot opuscula, scilicet Dissertatio de Pane Eucharistico, Azymo et Fermentatio ad Eminentiss. Cardinalem Bona. Subiungitur opusculum Eldefonsi Hispaniensis Episcopi de eodem argumentum. Et Eusebii Romani ad Theophilum Gallum epistola, De cultu sanctorum ignotorum, Parisiis, apud Levesque, ad Pontem S. Michaelis, MDCCXXI, cum privilegio Regis." *Peregrinations: Journal of Medieval Art and Architecture* 4, 2 (2013): 154-172.  
<https://digital.kenyon.edu/perejournal/vol4/iss2/3>

This Feature Article is brought to you for free and open access by Digital Kenyon: Research, Scholarship, and Creative Exchange. It has been accepted for inclusion in *Peregrinations: Journal of Medieval Art and Architecture* by an authorized editor of Digital Kenyon: Research, Scholarship, and Creative Exchange. For more information, please contact [noltj@kenyon.edu](mailto:noltj@kenyon.edu).



*Vetera analecta, sive collectio veterum aliquot opera & opusculorum omnis generis, carminum, epistolarum, diplomaton, epitaphiorum, & cum itinere germanico, adaptationibus & aliquot disquisitionibus R.P.D. Joannis Mabillon, Presbiteri ac Monachi Ord. Sancti Benedicti e Congregatione S. Mauri. Nova Editio cui accessere Mabilloni vita & aliquot opuscula, scilicet Dissertatio de Pane Eucharistico, Azymo et Fermentatio ad Eminentiss. Cardinalem Bona. Subiungitur opusculum Eldefonsi Hispaniensis Episcopi de eodem argumentum. Et Eusebii Romani ad Theophilum Gallum epistola, De cultu sanctorum ignotorum, Parisiis, apud Levesque, ad Pontem S. Michaelis, MDCCXXI, cum privilegio Regis*

**PROVISIONAL TEXT** edited by Roger E. Reynolds, Pontifical Institute of Mediaeval Studies

M=Mabillon *Vetera analecta*, 549-551

Pa= Paris Bibliothèque nationale de France lat. 2077, fols. 122r-123r

Pb= Paris Bibliothèque nationale de France lat. 2855, fols. 63r-68r

V= Biblioteca Apostolica Vaticana Vat. Lat. 1341, fols. 187v-188r

[M549; V187v] Revelatio quae ostensa est venerabili viro Hispaniensi, Eldefonso Episcopo, in Spiritu sancto, mense decimo.<sup>1</sup>

[Pa122r; Pb63r] Anno octingentesimo<sup>2</sup> quadragesimo quinto incarnationis Christi Iesu Domini nostri,<sup>3</sup> calculus iste, id est, mensura trium digitorum anguli,

panis in rotundum azymi<sup>4</sup> sic composita est,<sup>5</sup> scripta sub quantitate ista,<sup>6</sup> per revelationem Dei summi, in mense X, feria VII diluculo, iam opere consueto expleto, in visu apparuit mihi.



Igitur, istae rotae duae, duobus ferris incisae, ad unum panem<sup>7</sup> pertinent semper, inter<sup>8</sup> utramque partem factae.

Si<sup>9</sup> valens ubique discurrit moneta terreni regis, cur non melius valens<sup>10</sup> discurrat semper<sup>11</sup> ubique moneta caelestis regis? [Pb64r] Ecce puncta, quae<sup>12</sup> in<sup>13</sup> rotis sunt picta, retro quinque acta, et rotae, id est<sup>14</sup> puncta, ostendunt quod nec initium habet Deus in medio manens, nec finem,<sup>15</sup> sicut nec puncta, nec rota per gyrum

Intuemini, iuxta fluvium Chobar, Ezechielem prophetam colluctantem et colloquentem apud quinque rotas et quatuor animalia, unumquodque animal habentem<sup>16</sup> per quadrum quatuor facies in unoquoque<sup>17</sup> capite, dum esset rota in rotis, consistens loco medio. Infra tria etenim puncta, intra quae sunt duae quasi prae<sup>18</sup> omnibus rebus columnae, Trinitas est,<sup>19</sup> infra se habens omnia, quamquam in medio sedeat dum omnes in circuitu sint<sup>20</sup> offerentes munera. Si est via pedum in terris, est veritas capitis in caelis, vita pectoris<sup>21</sup> est in medio<sup>22</sup> manens, reddenda sanctis.


Reminiscamur igitur<sup>23</sup> paulisper quid superius in pectore Aaron<sup>24</sup> quaesivimus, dum panes azymos<sup>25</sup> effectos esse vitae sempiternae affirmavimus. Si fuerint Andreas et Jacobus socii in terris, et sunt<sup>26</sup> consociati, sicut sunt Petrus et Paulus, cum altissimo Deo omnipotentissimo,<sup>27</sup> et<sup>28</sup> sancti omnes in caelis. Quatuor Evangelistae dant testimonia Jesu cum omnibus sanctis eius<sup>29</sup> undique.

Sicut<sup>30</sup> pollex hominis totum debet nummum operire,<sup>31</sup> sic<sup>32</sup> tres nummi, hac<sup>33</sup> Trinitate, Deo [Pb64v] regente, invicem se<sup>34</sup> tot tres tangentes quasi<sup>35</sup> ita<sup>36</sup>



triangulati,<sup>37</sup> debent totam panis hostiam infra se ita cooperire, ut nec ullum nummum ex toto possit ulla ex aliis tribus<sup>38</sup> partibus discooperitis<sup>39</sup> capere in se,

in tantum,<sup>40</sup> ut<sup>41</sup> nec angustior sit panis infra,<sup>42</sup> nec latior extra, tantum, quantum est albus unguis hominis<sup>43</sup> circulus.




Et quid plura? *Qui me erubuerit*, dicit Dominus Jesus Christus, *et sermones meos, hunc erubescet Filius hominis*;<sup>44</sup> subauditur, tribulantem audire, aspicere, adiuvare, *cum venerit in maiestate sua, et Patris, et sanctorum angelorum*. [Luc 9.26] *Et qui vos spernit, me spernit; et qui vos audit, me audit; et si sermonem meum servaverint*,<sup>45</sup> *et vestrum servabunt*. [Luc. 10.16] Et ego voluntatem amantium<sup>46</sup> et<sup>47</sup> timentium me<sup>48</sup> faciam, et deprecationem<sup>49</sup> eorum exaudiam, et eos salvos faciam.<sup>50</sup>

Redeamus iam ad ordinem.<sup>51</sup>


In Natale igitur<sup>52</sup> Domini, in prima missa, et secunda, ac tertia, offerendi sunt panes aequali numero et figura, semper in rotundum<sup>53</sup> duodecim [M550] per gyrum<sup>54</sup> ad significandum chorum angelicum;<sup>55</sup> et in medio<sup>56</sup> quinque in crucis modum ad significandos Evangelistas, et unicum<sup>57</sup> Filium, quem

testantur quasi undique sustinentes,<sup>58</sup> pro redemptione generis humani olim crucifixum. Divide ipsos<sup>59</sup> simul mixtos per septem et decem,<sup>60</sup> quia novem sunt ordines angelorum, invenies quod per<sup>61</sup> septiformem<sup>62</sup> spiritum<sup>63</sup> sanctum<sup>64</sup> [Pb65r] est decimus Homo-Deus, generando carne creatus, et creando in Maria Virgine specie humana formatus. De officiis vero ternis, junge<sup>65</sup> panes simul omnes,<sup>66</sup> fiunt quinquaginta<sup>67</sup> et unus. Supra,<sup>68</sup> invenies autem, amice Dei,<sup>69</sup> in deifica significatione, quod, si unus est Deus, omnem significat in Deo plenitudinem<sup>70</sup> numerus quinquagenarius, sicut centenarius, insuper<sup>71</sup> et denarius,<sup>72</sup> sicut et<sup>73</sup> millenarius. Hoc ipsum decimo mense Natalis Domini significante, in quo Christo homine Deo<sup>74</sup> est corporaliter,<sup>75</sup> non habitans, sed semper manens, omnis divinitatis plenitudo, teste<sup>76</sup> idipsum Apostolo Paulo.

In Pascha, resurrectionis scilicet dominica,<sup>77</sup> de qua fit sermonis ratio ista,<sup>78</sup> centum triginta et quinque panes sunt offerendi in modum crucis<sup>79</sup> per tria<sup>80</sup> trium missarum officia, videlicet quadraginta et quinque in unaquaque missa, ita.<sup>81</sup>



[V188r]. In Domini Jesu Christi Ascensione, [Pa122v] eiusque<sup>82</sup> fit<sup>83</sup> VI kalendas Augustas, V in mense,<sup>84</sup> manifesta quibusdam discipulis in monte excelso<sup>85</sup> Transfiguratione,<sup>86</sup> ita sunt uno<sup>87</sup> eodemque numero et ipsa<sup>88</sup> figura penes offerendi, sicut<sup>89</sup> et in Natale Domini.<sup>90</sup>




Intuentes mente, consideremus de significatione facta in piscibus centum quinquaginta tribus. Velociter innuam<sup>91</sup> per Athanasium, dum:<sup>92</sup> non tres, sed unus; qualis Pater, talis Filius, talis<sup>93</sup> Spiritus sanctus. Et ecce, omnis [Pb65v] plenitudo et latet et patet, significata in Patre et Filio et Spiritu sancto<sup>94</sup> a Joanne in caelis.<sup>95</sup> Sed neque Pater sine Filio et<sup>96</sup> Spiritu auditur a Joanne in caelis<sup>97, 98</sup>

neque Filius sine Patre et Spiritu<sup>99</sup> videtur in flumine Jordanis, neque Spiritus sanctus<sup>100</sup> sine Patre et Filio aspicitur volans per spatium huius aeris, teste Christo, dicente Philippo Apostolo,<sup>101</sup> qui quaerebat videre Patrem: *Qui videt me*<sup>102</sup>, inquit,<sup>103</sup> *videt et*<sup>104</sup> *Patrem, quia Pater*<sup>105</sup> *in me manens ipse facit opera.* [Io. 14.9f.] Ergo, intellige,<sup>106</sup> homo, qui<sup>107</sup> habes ipse tres personas in te, dissimiles inter se: animam viventem, carnem apparentem, spiritum sine intermissione exientem a<sup>108</sup> te et revertentem,<sup>109</sup> quoniam<sup>110</sup> Pater est ipse vita sempiterna, Filius ipsa locutio sempiterna, Spiritus<sup>111</sup> ad instar radii solis<sup>112</sup> exiens et revertens, splendor lucis aeternae. Idcirco, ne putes ipsum altissimum Deum Patrem esse confuse ipsum unicum Filium proprium. Definit sanctus Sedulius, dicens mirabiliter:<sup>113</sup> *Non quia qui summus Pater est, et Filius hic est; sed, quia quod summus Pater est, et Filius hoc est.*



Dicamus de mysterio.<sup>114</sup>

In Pentecosten<sup>115</sup> vero,<sup>116</sup> sub quadrata, cum cruce tamen in medio, caelestis Hierusalem civitatis figura,<sup>117</sup> tot panes offerendi sunt per omnia,<sup>118</sup> quot<sup>119</sup> in Resurrectione Dominica, prout videtur in subsequenti figura.<sup>120</sup>






[M551] In diebus autem dominicis, et Dei sanctorum festis, nec amplius<sup>121</sup> sunt offerendi panes,<sup>122</sup> nec minus maxime,<sup>123</sup> nisi tantum<sup>124</sup> quinque in modum crucis.<sup>125</sup> Ille etenim panis medius saepe debet esse potius maior, et honestior aliis omnibus; de quo legitur in quodam loco, Agnus in medio significatus.<sup>126</sup>



Quotidianis autem diebus, nec amplius, nec minus, [Pb66r] nisi tantum

semper unus,<sup>127</sup> quia<sup>128</sup> unus est Deus qui est<sup>129</sup> semper supra omnes unus.<sup>130</sup>




[Pa188v] Quia<sup>131</sup> in sic parvo<sup>132</sup> libri spatio huius,<sup>133</sup> nisi sit ut<sup>134</sup>

latissima bibliotheca, magna non possum per<sup>135</sup> ipsos panes sic pictos, sicut esse debent integre facti, et super altare positi,<sup>136</sup> nec<sup>137</sup> ipsas figuras<sup>138</sup> ipsarum sollemnitatum,<sup>139</sup> prout est supra scriptum figuris,<sup>140</sup> seu quantitates, hoc est magnitudines,<sup>141</sup> ostendere;<sup>142</sup> ut<sup>143</sup> saltem, velut<sup>144</sup> per<sup>145</sup> puncta, hoc<sup>146</sup> debere ostendendo<sup>147</sup> significare. Et, sicut supra praefigurando denotavimus, iterum ob memoriam cordis replicamus.<sup>148</sup>

In Natale Domini, sicut audistis,<sup>149</sup> decem et septem, tribus vicibus<sup>150</sup> sic. In Resurrectione Dominica,<sup>151</sup> quadraginta et quinque panes tribus vicibus.<sup>152</sup> Sic in Ascensione Domini, decem et septem panes tribus vicibus.<sup>153</sup> Sic in Pentecosten,<sup>154</sup> quadraginta et quinque panes tribus vicibus. Sic in Transfiguratione Domini,<sup>155</sup> quae est supra scripto tempore,<sup>156</sup> decem et septem panes tribus vicibus, sicut<sup>157</sup> in Natale.<sup>158</sup> In Dominicis autem diebus,<sup>159</sup> et sanctorum

festis,<sup>160</sup> semel tantum, hoc est vice una,<sup>161</sup> quinque panes sic. Si cui forte videtur<sup>162</sup> impossibile, nausea repleta mente, sic tot panes,<sup>163</sup> tantos<sup>164</sup> omnes aequali magnitudine, Deo simul offerre, saltem unus medius ex his quintus,<sup>165</sup> ille panis<sup>166</sup> dominicus, sit sic magnus, et ita scriptura plenus,<sup>167</sup> utraque<sup>168</sup> parte<sup>169</sup> perornatus,<sup>170</sup> prout in duabus rotis<sup>171</sup> est demonstratum<sup>172</sup> superius. [Pb66v] Ceteri alii habeant unusquisque tertiam partem magnitudinis eius,<sup>173</sup> et unum tantum nomen<sup>174</sup> scriptum,<sup>175</sup> nihil amplius,<sup>176</sup> ex his nominibus tribus:<sup>177</sup> aut XPC, aut IHC, aut DS. Aliud nomen Dei<sup>178</sup> ullum nemo assumat, solum volens in hostia scribere illum, nisi<sup>179</sup> unum ex his tribus: quia non solum unum, si<sup>180</sup> sine altero, sed etiam vere sine multis aliis,<sup>181</sup> alia<sup>182</sup> paene nomina, sicut mihi revelatum est per Spiritum sanctum. Nihil<sup>183</sup> valent<sup>184</sup> in hostiis scripta sola,<sup>185</sup> nisi tantum<sup>186</sup> unum<sup>187</sup> ex his tribus nominibus qualevis, aut XPC, aut IHC, aut DS. Non DNS, non REX, non PAX, non OMNIPOTENS, non VITA, non PANIS, ut quidam apocryphi putant; nisi tantum in una parte XPC, in altera<sup>188</sup> Crux cum duabus litteris, sic.<sup>189</sup>





In uno nempe ferro, tamen magno, possunt quinque simul<sup>190</sup> confici<sup>191</sup> hostiae, formari<sup>192</sup> tali modo ut maior panis<sup>193</sup> medius,<sup>194</sup> qui<sup>195</sup> primus<sup>196</sup> pictus<sup>197</sup> est superius scripta, et quatuor alii<sup>198</sup> minores,<sup>199</sup> partem eius tertiam quippe<sup>200</sup> habentes,<sup>201</sup> sicut istae<sup>202</sup> sunt<sup>203</sup> hic, rotulae duae sic, parvi<sup>204</sup> per quatuor angulos ipsius ferri; ita ut in uno habeat scriptum XPC sursum, in altero IHC deorsum,<sup>205</sup> et ad laevam REX. [Pb67r]

Sed non<sup>206</sup> est solus<sup>207</sup> offerendus, aut sine illo<sup>208</sup> maximo, aut sine ullo<sup>209</sup> ex aliis tribus parvis,<sup>210</sup> et in quarto loco,<sup>211</sup> DS, quasi ad meridiem.<sup>212</sup>

Ut autem scire possis, amice Dei,<sup>213</sup> mirabiliter<sup>214</sup> certissimam<sup>215</sup> hostiarum talium mensuram, quae te<sup>216</sup> non sinat in se<sup>217</sup> ullatenus errare: audi, cuius<sup>218</sup> sit ponderis ostensus panis primus<sup>219</sup> superius in rotis maioribus. Audi, cuius<sup>220</sup> et in istis et minoribus<sup>221</sup> perspice.<sup>222</sup> Audi,<sup>223</sup> prout revelante atque<sup>224</sup> regente simul<sup>225</sup> sancta Trinitate, in Spiritu eius<sup>226</sup> didici verissime.

Tres nummi moderni tantum pondus habent, quantum habent<sup>227</sup> CLIII maxima grana ceruleia,<sup>228</sup> Aquitanae<sup>229</sup> tritici nostri.<sup>230</sup> Et maior illa hostia, adhuc igitur<sup>231</sup> cruda, tantum<sup>232</sup> pondus habet quantum tres nummi, si fuerint<sup>233</sup> iuste ac recte<sup>234</sup> appensi in statera. Et postquam est<sup>235</sup> igne cocta,<sup>236</sup> minuitur<sup>237</sup>

pondus eius<sup>238</sup> parte sexta. Minor etiam<sup>239</sup> hostia non<sup>240</sup> amplius quam<sup>241</sup> tantum<sup>242</sup> pondus unius nummi habeat,<sup>243</sup> aut unius nummi unaquaeque sint minores hostiae, aut trium nummorum tres simul<sup>244</sup> pondere,<sup>245</sup> hoc ipsum sancta Trinitate non sine magno mysterio regente.<sup>246</sup>

Cum enim considero de numero in piscibus,<sup>247</sup> centum videlicet<sup>248</sup> quinquaginta [Pb67v] tribus,<sup>249</sup> et de tot simili numero grana tritici,<sup>250</sup> data<sup>251</sup> in pondere in nummis tribus,<sup>252</sup> et de panis hostia,<sup>253</sup> quae non est maior, nec<sup>254</sup> est minor, si fuerit iustissime ponderata, nisi (prout scriptum est<sup>255</sup>) mensuratum in<sup>256</sup> mensura trium digitorum anguli<sup>257</sup> panis<sup>258</sup> et<sup>259</sup> trium nummorum<sup>260</sup> spatio superius est ostensum. Stupefactus [Pa123r] admiror<sup>261</sup> nimis vere deificam dispensationem, et praeordinationem, et dispositionem.

Hoc enim non sit alicui dubium quod hostiae, quamvis habeant diversas et dissimiles in libro formas, id est illic maior, istic minor, cum fuerit certe uniuscuiusque ponderis in ferris expressa, absque ambiguitate, statim cognoscetur in gyro certissima forma.

Dicamus de pondere.

Et<sup>262</sup> ecce tres tales<sup>263</sup> nummi quorum pondus nec<sup>264</sup> amplius nec minus quam<sup>265</sup> maior nostra<sup>266</sup> suscipit<sup>267</sup> hostia, si iustissimo<sup>268</sup> pondere fuerit facti<sup>269</sup>, nec plus, nec minus, secundum antiquam consuetudinem, suscipiunt pondus,<sup>270</sup> hoc ipsum sancta Trinitate regente,<sup>271</sup> nisi<sup>272</sup> quantum habent in se centum

quingenta et tria<sup>273</sup> magnitudinem grana<sup>274</sup> tritici nostri.<sup>275</sup> Et<sup>276</sup> trecenti tales nummi antiquam per viginti et quinque solidos<sup>277</sup> efficiunt libram, et<sup>278</sup> duodecim tales librae, quae fiunt per tria millia, sexcentos nummos, sextarium tritici unum efficiunt.<sup>279</sup> Ex quo, septem panes formari possunt, ex<sup>280</sup> quibus aut<sup>281</sup> per totam hebdomadam<sup>282</sup> homo vivere unus potest, aut septem in una die. Etenim<sup>283</sup> modius aequus et iustus debet esse per decem et septem tales<sup>284</sup> sextarios aequos, qui potest in uno die, sancta Trinitate regente,<sup>285</sup> centum decem et novem homines die pastui<sup>286</sup> conductos sustinere.<sup>287</sup>

Hactenus de<sup>288</sup> pondere, [Pb68r] et forma,<sup>289</sup> et mensura adiuvante Domino<sup>290</sup> Christo et operante, disputavimus et sicut<sup>291</sup> auditum est superius, prout potuimus,<sup>292</sup> scribendo definivimus. Tempus est lactucas agrestes demonstrandas quasi de aliis revertentes actibus, seu fatigati diveamus.<sup>293</sup>

---

<sup>1</sup> Revelatio ... decimo] om. PaPb; Revelatio ... septimo M

<sup>2</sup> octingentesimo] octingentesimo ut vid. Pb

<sup>3</sup> Christi ... nostri] Domini nostri Iesu Christi MV

<sup>4</sup> panis ... azymi] in rotundum panis azymi MV

<sup>5</sup> est] et VPb

<sup>6</sup> quantitate ista] ista quantitate Pa: hac quantitate ista Pb

<sup>7</sup> panem] om. Pa

<sup>8</sup> inter] in Pa

<sup>9</sup> Si] om. Pa

<sup>10</sup> valens] praevalens MV

<sup>11</sup> discurrat semper] semper discurrat MV

<sup>12</sup> quae] per Pa: pro Pb

<sup>13</sup> in] om. PaPb

<sup>14</sup> id est] et MV; ad est Pa

<sup>15</sup> habet ... finem] nec finem habet Deus in medio consistens V: nec finem habeat Deus in medio consistens M

<sup>16</sup> habentem] habens M

<sup>17</sup> unoquoque] unumquoque ut vid. V

<sup>18</sup> prae] pro PaPb

- 
- <sup>19</sup> Trinitas est] est Trinitas M: om. est V  
<sup>20</sup> sint] sunt M  
<sup>21</sup> pectoris] peccatoris Pa  
<sup>22</sup> est in medio] in medio est PaPb  
<sup>23</sup> igitur] om. MV  
<sup>24</sup> superius in pectore Aaron] in pectore Aaron superius MV  
<sup>25</sup> panes azymos] azymos panes MV  
<sup>26</sup> et sunt] om. Pa: consociati et sunt Pb  
<sup>27</sup> omnipotentissimo] omnipotenti MV  
<sup>28</sup> et] om. PaPb  
<sup>29</sup> eius] om. MVPa  
<sup>30</sup> post sicut add. enim MV  
<sup>31</sup> operire] operiri VPaPb  
<sup>32</sup> sic] si Pa  
<sup>33</sup> hac] hoc PaPb  
<sup>34</sup> post se add. tangentes M  
<sup>35</sup> quasi] om. M  
<sup>36</sup> ita] sic MV  
<sup>37</sup> triangulati] triangulante Pa: triangulatae Pb  
<sup>38</sup> ex aliis tribus] tribus ex aliis MV  
<sup>39</sup> partibus discoopertis] discoopertis partibus PaPb  
<sup>40</sup> in se in tantum] om. PaPb  
<sup>41</sup> post ut add. et PaPb  
<sup>42</sup> infra] intra PaPb  
<sup>43</sup> unguulae hominis] hominis unguulae PaPb  
<sup>44</sup> Qui ... hominis] Qui me erubescit et meos sermones, dicit Dominus, hunc Filius hominis erubescet MV  
<sup>45</sup> servaverint] servaverunt M  
<sup>46</sup> post amantium add. me PaPb  
<sup>47</sup> et] ac MPa  
<sup>48</sup> me] om. Pb  
<sup>49</sup> deprecationem]deprecationes Pb  
<sup>50</sup> et deprecationem ... faciam] om. MV  
<sup>51</sup> Redeamus ... ordinem] om. PaPb  
<sup>52</sup> igitur] vero MV  
<sup>53</sup> in rotundum om. MV  
<sup>54</sup> post gyrum add. hoc est in rotundum MV  
<sup>55</sup> chorum angelicum] angelicum chorum MV  
<sup>56</sup> in medio] medio MV  
<sup>57</sup> post unicum add. Dei MV  
<sup>58</sup> undique sustinentes] sustinentes utique MV  
<sup>59</sup> ipsos om. Pa  
<sup>60</sup> simul ... decem] per decem et septem simul mixtos MV  
<sup>61</sup> per] semper MV  
<sup>62</sup> septiformem] septiformis M  
<sup>63</sup> spiritum] spiritu MV  
<sup>64</sup> sanctum om. Pa  
<sup>65</sup> junge] junges Pa  
<sup>66</sup> simul omnes] omnes simul Pa

- 
- 67 quinquaginta] quadraginta M  
 68 supra] om. MV  
 69 Dei] om. PaPb  
 70 in ... plenitudinem] plenitudinem in Deo MV  
 71 insuper om. MV  
 72 post denarius add. insuper MVPb  
 73 sicut et] sicut MV  
 74 Christo ... Deo] Deo Christo et homine MV; Christo hominum Deo Pa  
 75 est corporaliter] corporaliter est MV  
 76 teste] testante M  
 77 resurrectionis ... dominica] scilicet dominica resurrectionis MV  
 78 ista] om. MV; isti Pa  
 79 in ... crucis] in crucis modum MV  
 80 tria] om. MV  
 81 ita] om. PaPb  
 82 eiusque] ipsius MV  
 83 fit] om. MV  
 84 VI ... mense] om. MV  
 85 in monte excelso] om. PaPb; in montem excelsum V  
 86 post Transfiguratione add. quae fuit sexto kalendas Augustas, quinto in mense MV  
 87 uno] in PaPb  
 88 ipsa] om. MV  
 89 sicut] similiter omnino MV  
 90 post Domini add. Ut ostenditur MV  
 91 Velociter innuam] vel aliter MV  
 92 dum] altius intuendum M altius innuendum V  
 93 post talis add. et Pa  
 94 sancto] om. Pb  
 95 a Joanne in caelis] om. PaPb  
 96 Sed ... et] om. MV  
 97 Sed neque ... in caelis] om. M  
 98 Spiritu ... caelis] om. MV  
 99 Spiritu] Spiritu sancto] MV  
 100 sanctus] om. PaPb  
 101 Apostolo] om. PaPb  
 102 Qui ... et] Qui querebat videre Pa  
 103 inquit] om. PaPb  
 104 et] om. Pa  
 105 post Pater add. inquit PaPb  
 106 Ergo intellige] Intellige ergo MV  
 107 qui] quid Pa  
 108 a] in PaPb  
 109 et revertentem] om. M  
 110 quoniam] quia MV  
 111 Spiritus] Spiritus sanctus MV  
 112 radii solis] radiis solis Pa; solis radii MV  
 113 dicens mirabiliter] mirabiliter dicens MV  
 114 Dicamus ... mysterio] om. PaPb  
 115 Pentecosten] Pentecoste M



- 
- 116 vero] etiam MV  
117 caelestis ... figura] civitatis figura caelestis Hierusalem MV  
118 post omnia add. subaudis missarum officia MV  
119 quot] quotquot Pb  
120 prout ... figura] om. PaPb  
121 nec amplius] amplius non MV  
122 offerendi panes] panes offerendi Pb  
123 maxime] om. PaPb  
124 nisi tantum] quam MV  
125 in ... crucis] in crucis forma MV  
126 Ille ... significatus] om. PaPb  
127 tantum ... unus] unus tantum M  
128 quia] om. PaPb  
129 qui est] om. PaPb  
130 semper ... unus] et hic infra de quo loquimur in medio Agnus significatus. Idcirco panis semper  
medius debet esse potius albus, maior, et honestior aliis omnibus Pa: hic semper infra. etc. Pb  
131 Quia] Et quoniam MV  
132 parvo] parvi PaPb  
133 spatio huius] huius spatio PaPb  
134 Post ut add. est PaPb  
135 post magna ... panes add. integre factos et litteris MV  
136 positi] poni MV  
137 nec] om. PaPb  
138 figuras] om. PaPb  
139 ipsarum sollemnitatum] sollemnitatum ipsarum MV  
140 supra ... figuris] scriptum supra figuras MV: add. sic Pb  
141 hoc ... magnitudines] om. PaPb  
142 ostendere] ostendere possum M  
143 ut] om. M  
144 velut] om. PaPb  
145 per] om. M  
146 post hoc add. velim M  
147 ostendendo] demonstrando MV  
148 Et ... replicamus] om. PaPb  
149 sicut audistis] om. PaPb  
150 tribus vicibus] per tres vices M  
151 Dominica] Domini MV  
152 tribus vicibus] per tres vices M  
153 Sic ... vicibus] om. MV  
154 Pentecosten] Pentecoste M  
155 Domini] om. MV  
156 quae ... tempore] om. PaPb  
157 sicut] similiter MV  
158 in Natale] om. PaPb  
159 Dominicis ... diebus] diebus autem Domincis PaPb  
160 festis] festivitibus MV  
161 hoc ... una] om. PaPb  
162 forte videtur] videtur forte M  
163 tot panes] om. MV  
164 post tantos add. panes MV

- 
- 165 ex ... quintus] om. PaPb  
 166 panis] scilicet MV  
 167 plenus] om. MV  
 168 utraque] om. PaPb  
 169 parte] om. MPaPb  
 170 perornatus] ornatus PaPb  
 171 duabus rotis] rotis duabus MV  
 172 est demonstratum] demonstratum est MV  
 173 eius] om. MV  
 174 tantum nomen] nomen tantum MV  
 175 scriptum] om. M  
 176 nihil amplius] om. M  
 177 nominibus tribus] tribus nominibus scriptum M  
 178 Dei] om. MV  
 179 nisi] ni M  
 180 unum si] om. PaPb  
 181 multis aliis] aliis pluribus M  
 182 alia] cetera M  
 183 Nihil] Nil Pb  
 184 Nihil valent] non debent MV  
 185 scripta sola] scribi MV  
 186 tantum] om. MVPa  
 187 unum] unus PaPb  
 188 altera] alia MV  
 189 sic] ita MV  
 190 simul] add. ergo Pb  
 191 confici] om. MV  
 192 formari] om. PaPb  
 193 panis] om. MV  
 194 medius] media MV  
 195 qui] quae MV  
 196 primus] primo MVPb  
 197 pictus] om. MV  
 198 alii] aliae MV  
 199 minores] om. PaPb  
 200 quippe] quoque V  
 201 partem ... habentes] om. PaPb  
 202 istae] istar\* Pb  
 203 sunt] om. Pb  
 204 sicut ... parvi] om. MV  
 205 deorsum] iosum Pb  
 206 non] numquam MV  
 207 solus] om. PaPb  
 208 aut ... illo] absque ullo MV  
 209 ullo] uno PaPb  
 210 parvis] om. MV  
 211 loco] om. PaPb  
 212 DS ... meridiem] ad meridiem DS MV  
 213 amice Dei] Dei fidelis MV  
 214 mirabiliter] om. MV

- 
- 215 certissimam] certam MV  
216 te] om. Pb  
217 in se] om. MV  
218 cuius] cuius ergo Pb  
219 primus] primo M: primi V  
220 cuius] om. Pb  
221 et ... minoribus] in minoribus M  
222 perspice] om. PaPb  
223 Audi] om. MV  
224 atque] ac MV  
225 simul] individua simul MV  
226 eius] om. MV  
227 habent] om. MV  
228 grana ceruleia] cerulei grana MV  
229 Aquitanae] quod MV  
230 tritici nostri] triticum dicitur MV  
231 igitur] om. MV  
232 tantum] quantum Pb  
233 fuerint] fuerit Pb  
234 si ... recte] om. MV  
235 postquam est] om. MV  
236 cocta] decocta MV  
237 minuitur] minuatur PaPb  
238 eius] om. MV  
239 etiam] panis PaPb  
240 non] nil PaPb  
241 quam] nisi PaPb  
242 tantum] om. MV  
243 pondus ... habeat] unius nummi habeat pondus MV  
244 tres simul] verissime V  
245 aut ... pondere] aut bene sit hostia pondus habens unius nummi aut bene trium nummorum veraciter  
atque certissime PaPb  
246 sancta ... regente] non sine magno mysterio sancta Trinitate regente] MV  
247 in piscibus] piscium MV  
248 videlicet] om. PaPb  
249 tribus] trium MV  
250 simili numero grana] similiter granis MV  
251 data] om. MV  
252 nummis tribus] tribus nummis MV  
253 panis hostia] hostia panis MV  
254 nec] non PaPb: post nec om. est MV  
255 est] et Pb  
256 mensuratum in] om. MV  
257 digitorum anguli] anguli digitorum MV  
258 panis] om. MV  
259 et] om. Pb  
260 trium nummorum] nummorum trium MV  
261 Stupefactus admiror] Admiror stupefactus MV  
262 Dicamus ... Et] om. PaPb

- 
- 263 tales] om. PaPb  
 264 nec] non MV  
 265 quam] om. PaPb  
 266 nostra] om. MV  
 267 suscipit] continet MV  
 268 post iustissimo add. fuerit MV  
 269 fuerit facti] factum MV  
 270 nec ... pondus] om. Pb; nec amplius nec minus Pb  
 271 hoc ... regente] om. MV  
 272 post nisi add. tantum Pb  
 273 et tria] tres MV  
 274 grana] om. PaPb  
 275 nostri] maioris MV  
 276 et] om. PaPb  
 277 solidos] solidorum PaPb  
 278 Et] om. PaPb  
 279 unum efficiunt] efficiunt unum MV  
 280 ex] de MV  
 281 aut] om. MV  
 282 hebdomadam] septimanam PaPb  
 283 etenim] Totus PaPb  
 284 tales] om. PaPb  
 285 sancta ... regente] Domino protegente MV  
 286 pastui] pastu PaPb  
 287 sustinere] sustintare MV  
 288 Hactenus de] Quia iam de azymis et PaPb  
 289 et forma] om. PaPb  
 290 Domino] om. Pb  
 291 et sicut] prout PaPb  
 292 prout potuimus] om. Pb  
 293 Tempus ... diveamus] om. MV: add. FINIT FINIT FINIT LUDENDO DICIT Pb